Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nupciale. et ille obmutuit. Tunc
dixit rex ministris. Ligatis pedibus et
et manibus mittite eum in tenebras exteri
ores. Ibi erit fletus et stridor dentium
Multi enim sunt uocati. pauci uero electi. Greg.
Textum euangelice lectionis fratres karissimi uolo
si possum sub breuitate uicinare. ut in
fine eius ualeam ad loquendum larguius ua
care. Dom. xxi.
Erat quidam regulus. cuius filius in
firmabatur capharnaum. Hic cum au
disset quia ihesus aduenisset iudea in ga
lileam. abiit ad eum et rogauit eum ut des
cenderet et sanaret filium eius. Incepie
bat enim mori. Dixit ergo ihesus ad eum. Nisi sig
na et prodigia uideritis non credetis. Dicit ad
eum regulus. Domine. descende priusquam
moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Vade. filius
tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem